ωδεὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά· τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως, ἕτερον τὸ τέλος· ἡ δὲ πρᾶξεως, οὐκ ἐστὶ γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους, φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, ὅτι τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις δυνάμενα θεωρεῖν εἶναι δὲ τοιούτους ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς, καὶ πολιτικούς. ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην, τούτῳ προσαγορεύομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σώζουσαν ἡ φρόνησις. σώζει δὲ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν· οὐ γὰρ πάσαν ὑπόληψιν διαφθείρει, οὐδὲ διαστρέφει τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ λυπηρὸν, ὅτι ὅτι τὸ τέλογονον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, ἢ οὐκ ἔχει· ἀλλὰ τὰς πρὸς τὸ πρακτόν· αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν, τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά· τῷ δὲ διεφθαρμένῳ δι' ἡδονὴν, ἢ λύπην, οὐδὲν οὐ φαίνεται ἡ ἀρχὴ, οὐδὲ δεῖν τοῦτο ἕνεκα, οὐδὲ διὰ τῶδ' αἱρεῖσθαι πάντα καὶ πράττειν· ἔστι γὰρ ἡ κακία, φθαρτικὴ ἀρχῆς· ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν. ἀλλὰ μὴν, τέχνης μὲν ἐστὶν ἀρετὴ· φρονήσεως δ', οὐκ ἔστι. καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτανῶν, αἱρετώτερος· περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρετάς. δῆλον οὖν ὅτι ἀρετή τις ἐστὶ, καὶ οὐ τέχνη. δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς τὸ λόγον ἔχόντων, θατέρου αὖ εἴη ἀρετὴ, τοῦ δοξαστικοῦ· ἢ τε γὰρ δόξα, περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἐστὶ, καὶ ἡ φρόνησις· ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον. σημεῖον δ', ὅτι λήθη, τῆς τοιαύτης ἕξεώς ἐστι· φρονήσεως δ', οὐκ ἔστιν.

Κεφάλαιον ε.

Ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τὸ καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης ὄντων· εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τοῦ ἀποδεικτοῦ καὶ πάσης ἐπιστήμης· μετὰ λόγου δὴ ἡ ἐπιστήμη· τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ, οὔτ' αὖ ἐπιστήμη εἴη, οὔτε τέχνη, οὔτε φρόνησις· τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν, ἀποδεικτόν· αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν· οὐδὲ δὴ σοφία τούτων ἐστὶ· τὸ γὰρ σοφοῦ, περὶ ἐνίων ἔχειν ἀποδεῖξιν ἐστὶν. εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, καὶ μηδέποτε

A ad agendum idoneus, in iis occupatus, quę homini bona & mala sunt. Effectionis enim alius, quàm effectio, finis est: actionis verò nõ semper alius ab actione finis est. Est enim ipsa res bene gesta, seu perfecta actio, actionis finis. Ac propter hãc causam Periclẽ, cęterósq. taleis viros, prudẽtis esse arbitramur, quòd ee, quæ sibi, hominúm que generi bona sunt dispicere ac prouidere possunt: qualeis esse putamus eos, qui

B rei familiaris tuẽdæ, reíq. publicę administrãdæ periti sunt. Ex quo nomen inuenit σωφροσύνη, tanquã prudentię cõseruatrix. Talẽ autẽ existimationẽ tuetur & conseruat. Nõ enim omnẽ existimationẽ corrũpũt. neq. deprauãt dolor & voluptas: exẽpli causa, triangulum duobus rectis pares angulos habere, aut non habere: sed eas duntaxat,

C quæ ad id, quod sub actionẽ venit, pertinent. Eorum enim, quæ sub actionem veniũt, principia sunt eæ res, quarum rerum gratia suscipiũtur ea, quæ sub actionẽ veniunt. Qui autẽ voluptate aut dolore corruptus est, ei statim principij videdi facultas eripitur: neque is animo cernere potest, se huius rei causa, & propter hanc causam omnia optare atque agere oportere. Vitium enim, principij delendi ac perimẽ

D di vim habet. Quapropter necesse est prudentiam habitum esse cum ratione vera coniunctum, ad agendum idoneum, in bonis humanis occupatum. Artis porrò virtus est: prudentiæ autem non est. Et qui sua voluntate in arte titubarit atque offenderit, ei est anteferendus, qui inuitus: in prudentia contrà deterior est is, qui sponte sua offenderit, quemadmodum & in virtutibus. Perspicuum igitur est, eam, virtutem esse quandam, non artem. Cùm sint

E autem duæ animi partes rationis participes, eius partis, quæ ad opinandum valet virtus est prudẽtia. In iis. n. quę aliter sese habere possunt, & opinio & prudentia versatur. Sed nec habitus est cum ratione cõiunctus tantùm. Idque ex eo perspici potest, quòd huiusceemodi habitum delere potest obliuio, non potest prudentiam.

CAPVT VI.

F QVoniam autem scientia existimatio est de rebus vniuersis, iisque quæ necessariò sunt: quoniámque rerum quæ sub demõstrationẽ cadũt: omnísq. adeò scientiæ sunt aliqua principia, (cum ratione enim coniuncta scientia est) consentaneum est principij earum rerum, quę scientia comprehendi possunt, neque scientiam esse, neque artem, neq. prudentiam. Nã quod scientia cõprehendi potest, demõstrari potest: ars autem & prudentia in iis rebus versantur, quę sese aliter possunt habere. Ne sapientia quidem harum rerum esse potest. Sapientis enim est, nonnullarum rerum demõstrationẽ expedire posse. Si igitur nihil est, quo verum enũciemus, nũquámq.